

tali obligare contra Bordonum probat Diana *suprà Resolut. 69. & Parte 8. Tract. 7. Resolut. 75.* De quo & *Parte 6. Tract. 8. Resolut. 10.*

110 Et Decreta præfata, Urbani VIII. auctoritate suffulta, omnino esse inconcussa affirmat Lezana *Tomo 3. verb. Missa, num. 10. & 11.* & ipse P. Tamburinus §. 1. *num. 6.* qui tamen admittit, *num. 12.* quod nuper est dictum de parte stipendij, ubi recepta non sunt. & *num. 13.* si in gratiam eius sit datum; secus si ob Sacrificij deuotionem. Et *num. 14.* si accipiens dimidium, aliud remittat gratis: quod rarissime eueniet, ut cum aliis obseruat Diana *Resolut. 68. Tractatus 16. citati §. Verum, licet pergit ille, & num. 16.* id ad Sacristam & Collectorem extendit. Vbi ut non improbable idem statuit de faciente, cum procurator pro ea re sit, ut *Missæ alibi dicantur intra tempus designatum; in loco ubi minus stipendium reddi solitum. Quod & tradiderat P. Pellizarius Tract. 6. Cap. 3. num. 23.* à Congregatione Indicis reprobatus, ut testatur Diana *suprà Resolut. 68. citata. Item §. 9. num. 4.* tres menses dilationis quod & tradiderat Leander *Tomo 2. Tract. 8. Dissut. 4. Quæst. 18. & in Expositione suæ Regule Parte 5. in fine Lit. L.* ubi & quatuor addit) ut modicum tempus admittit, ubi & Peyrinum refellit, qui circa Constitutionem 9. Urbani VIII. ad 10. trium annorum spatium indulget. Cur non & per totam vitam, quæ esse breuior potest? Et quid ad hæc animæ in Purgatorio suffragium illud præstolantes? Modicumne illa: tempus totius trieterdis iudicabunt? O quam aliter sentient ibi Doctores nonnulli, concedentes immodicas laxitates. Videatur P. Nicolaus Lancicus *Opusculo 16. Cap. 11. Tomo 1.* Vbi stупenda occurrent.

111 Sed quid de eo, qui stipendium maius, iuxta opinionem aliquando ut probabilem receptam, accepit, tenebiturne ad restitutionem, & qui dedit, uti poterit compensatione? Affirmat Diana cum Auerfa *P. 8. Tract. 7. Resolut. 75.* Sed negat Bordonus apud eundem: cuius sententia, aliis rationibus relicta quas ille adducit, probari potest, quia cessat ratio prohibitionis Pontificiæ, scilicet quæstus amolitiio, ut ex tenore Decreti constat. Operanti enim iuxta opinionem probabilem non potest nota turpis quæstus imputari. Pro quo facit P. Bardi in *Selectis Lib. 1. Quæst. 7.* ubi probat acceptum ex probabili opinione, à contrahente ignoratâ, iuste retineri, neque esse locum compensationi. Sed Auctor ipse ibidem *Lib. 10. Quæst. 12. n. 10.* de eo loquens, qui ratione applicationis fructus respondentis sibi diuersum stipendium accepit, affirmat illud esse restituendum: & id quidem consequenter: quod autem addit *num. 13.* est magis speciale; non scilicet suffragari bonam fidem, quia est contractus; *Do ut facias, & inter contrahentes non suffragatur bona fides, ut omnes fatentur.* Sed hoc non videtur quomodo poterit in generali illa doctrina, quæ omnium dicitur esse, fundari, cum talis reuera non esse videatur: affirmantibus grauissimis Scriptoibus acquisitum ex contractu, qui reuera iniustus fuit ob excessum rei acceptæ, non inducere obligationem restitutionis, si sit bona fide consumptum, & accipiens non est factus locupletior. Pro quo videri potest P. Molina *Di-*

sput. 720 numer. 4. §. Dubium P. Layman Lib. 3. Tract. 2. Cap. 3. P. Hermannus in Medulla Theol. mor. Lib. 3. Tract. 5. Cap. 2. Dub. 6. Artic. 1. n. 3. Bonacina Tomo 2. Dissut. 1. de Restitutione Quæst. 2. Puncto 1. num. 16. qui alios citat. Iuxta hæc ergo secus dicendum in casu, de quo loquitur citatus Auctor, ut sit illud satis probabile, utpote non leui ratione & auctoritate fundatum.

112 Si dicas sequi ex hoc eum; qui stipendium recipit, & ita insumit, ut ex eo non fiat locupletior; posse Sacrum non facere, si bonâ fide existimauit pro eo faciendo non dari, cum tamen postea cum onere datum deprehendat. Respondeo *Primo* concedendo sequelam, quia in eo videtur communis de bona fide doctrina suffragari. Respondeo *Secundo* diuersam esse rationem, quia in eo reuera fuit contractus, *Do ut facias, & nihil refert quod factus sit aut non factus locupletior, cum id non tollat obligationem faciendi ut verus contractus sit.* In casu autem nostro accipiens stipendium maius pro faciendo Sacro, illud re ipsa facit, licet pro excessu bona fides suffragetur, quod stare eum vero contractu potest.

113 Si istes, ita factum fuisse contractum, ut dans stipendium solummodo voluerit iustum pretium laboris offerre, & quia existimauit illud esse, quod dedit, propterea ab ipso datum: excessus ergo inuoluntarius fuit respectu vnius Sacerdotis. Cum ergo ex illo recipere spiritualem fructum possit, sic eius est interpretanda voluntas, ut contractum etiam velit ratione excessus celebrare: & quidem *Do ut facias.* Eo ergo stante non poterit bona fides eum excusare, qui eo pacto contractum fecit, sicut non excusat respectu expressi contractus.

114 Respondeo dantem maius stipendium, quia existimat esse legitimum, ratione excessus nolle diuersum inire contractum, dum id non exprimit, neque etiam tacite intendit: vnde si aliqua facienda esset restitutio, non applicatione alicuius spiritualis fructus, sed redditione excessus dicti constare deberet, nisi id fieri non posset. Tunc enim Sacrum aliud faciendum, si excessus valorem integri stipendij attingeret, aut dimidiatâ illius applicatione. Cum ergo voluntas noui contractus non fuerit, perinde se habet pecuniâ illa, ac si modo alio non concernente contractum, ad Sacerdotis manus deuenisset, & ita eum iuuat bona fides. Præterquam quod propositum in mente retentum nihil operatur. *L. Quisquid adstringenda de verbor. obligationib.* Quod si facultas restituendi non sit in casibus, de quibus dictum, circa modum satisfaciendi per indulgentias, pia opera, & sacrificij applicationem, iuxta sententiam de infinito valore, consulendus Lezana *suprà num. 20. & 29.* ubi ex Theodoro Statiosæ Religionis Generali illum proponit.

Ibidem circa num. 8.

Vbi de obligatione in Parocho audiendi Confessiones.

115 Bordonus *Tomo 1. Consiliorum Regular. Resolut. 34. Quæst. 21. num. 60.* tenet obligatum esse audire semel saltem in hebdomada

da volentem ex deuotione confiteri. Cuius sententiam adducit Diana *Parte 8. Tract. 7. Resolut. 90.* nec videtur improbare Leander *Tomo 1. Tract. 5. Dissut. 11. Quæst. 119.* debere aut quoties rationabiliter petitur.

Ibidem circa §. 3. num. 15.

Vbi de redditibus respondentibus Beneficiorum ministerijs.

Videndus pro resolutione nostra Diana *Parte 10. Tract. 17. Resolut. 47.* ubi alios adducit.

Circa Caput III.

Vbi de cohabitatione feminarum, & occasione proxima.

116 P. Tamburinus *Opusculo 1.* quod est de Confessione *Lib. 2. Cap. 3. §. 3. n. 9.* circa occasionem proximam doctrinam P. Layman admittit & §. 5. in terminis casus nostri loquens ait non teneri infirmum seruitricem dimittere, si affectus ablit, & periculum. In quo nihil videtur speciale dicere, & circa quod quæstio esse possit. Cessante enim affectu & periculo, etiam sanus retinere illam potest, iam enim proxima occasio non est, quæ per ordinem ad effectum & periculum, quod in ipso affectu est positum, talis æstimatur. Sed quod adhuc non cessante retineri possit, tenet eum alius Leander *Tomo 1. Tract. 5. Dissut. 7. Quæst. 36. 39. & 42.*

Circa Caput VIII. à num. 92. vbi de Tabacho.

117 P. Tamburinus *Opusculo de Eucharistia Cap. 2. §. 6. numer. 18.* ait illo per os assumpto, si deglutatur, violari ieiunium pro recipienda Eucharistia requisitum. Et *num. 23.* id negat de sumpto per nares, siue in folio, siue in puluere, siue in tumo. Contrarium tenet Lezana *Verb. Eucharistia num. 17.* de quomodocumque sumpto, quem adducit Marchantio, Auerfa, Machado, & P. Escobar, impugnat Diana *Parte 8. Tract. 7. Resolut. 3.* Quem & sequitur Palqualigus *Decis. 333. & 334.* & Leander *Tomo 2. Tract. 7. Dissut. 5. Quæst. 10.* & Bossius *Tomo 3. Tit. 22. numer. 16. & 17.* Vide P. Quintanam *Tomo 1. Tract. 3. Singularem 1. in fine,* circa prohibitionem in Diocesi Hispalensi, de qua & Diana *Parte 10. Tract. 16. Resol. 23.*

Circa Caput IX. & num. 107.

Vbi de obligatione circa Rubricas in Sacrificio Missæ.


118 P. Tamburinus *Lib. 2. de Sacrificio Missæ Cap. 5. §. 3. num. 5. & 7.* asserit contra mortale posse in Canone loco Episcopi nominari Generalem Religionis: quod & tradit P. Quintanam *Tomo 1. Tract. 7. Singularem 26. num. 4.* ubi & contendit, etiamsi declaratio Nuntij, de

qua in *citato numer. Operis nostri,* vim legis habeat, quod tamen non omnes admittunt, ut videri apud eundem potest *num. 3.* non posse habere vim obligandi sub mortali, ob paruitatem materiæ. Quod tamen ego dicere non auderem, quia ex eo sequitur in tali declaratione aut præcepto errare Pontificem, quod affirmare non exigua esset audacia. Secus esset, si declaratio talis minimè præcessisset, hæc enim ostendit non esse in eo materiæ paruitatem. Pro quo videri potest Lezana *Tomo 3. V. Missa, num. 58.* ubi grauem ceremoniam sub mortali obligare dicit. Et *num. 59.* ubi contra Patris Fagundez sententiam depugnat.

AD TITVLVM XVII.

Circa Caput VIII.

Vbi de Parochis Religiosis quoad abolitionem à reseruatis n. 54.

119  Runt fortasse qui putent absolui posse per priuilegium Innocentij VIII. pro Prædicatoribus, quod adducit Eusebius de Herrera *Dei- sione 9. numer. 23.* Remigijs, & Recentiores alij. Sed quod ad rem non faciat, bene ostendit Diana *Parte 8. Tract. 7. Resolut. 78.*

Circa num. 55. & seqq. vbi de voto paupertatis.

Lezana *Tomo 2. Cap. 18. numer. 15.* à Nobis dicta confirmat, licet addat securius esse id, quod superest, post Ecclesiæ & pauperum subleuationem, Ecclesiæ potius, quam Monasterio applicare. Incorporationem autem eorum, quæ secum fert, statuit *num. 28.* subdens *num. 33.* tam amplè posse disponere in vsus pios, præsertim circa Ecclesiam, ac Parochi saculares. Quod iuxta dicta intelligendum; Prælatorum enim debent dispositionem amplecti. Vnde *num. 37.* affirmat, quod licet Prælatus imponere nequeat pensionem Beneficio, bene tamen Beneficario pro religioso aliquo, aut pio opere. Non ergo, cum Ecclesia non eget, semper licet in eam beneficij emolumenta conferre; & de Indicis loquitur ille, de quibus *num. 32.*

Circa Appendicem.

Vbi de Monasterio diuite, an exigere aliquid ab ingredientibus queat.

120 D E hoc Diana *Par. 8. Tract. 7. Resol. 29.* ubi satis doctum Renati à Valle discursum adducit, ut id non liceat. Sed ille cum Villalobos *Tom. 2. Tract. 37. Diff. 13. num. 5.* contrarium sentit, pro quo & citat Hieron Rodriguez, id tunc negantem, cum ratione vtilitatis personæ sic fieret, aut ob elariore Monasterij magnificentiam: & generaliter cum ratione victus non exigitur. Allegat item P. Layman *Lib. 4. Tract. 10. Cap. vlt. §. 4. num. 39.* ubi cum

aliis ratione conſuetudinis id admittit, vbi illa excuſare poteſt. Non poſſum autem non rationem, quam afferunt ex præſatis aliqui, minus eſſe conſequentem adnotare. Aiunt enim poſſe recipi, quia in locupletibus Monafteriis ſumptus maiores ſunt. Aut enim non neceſſarii illi, & ita pro eisdem nihil exigi poteſt. Aut neceſſarii: & ita ceſſat quaſtio: iam enim Monafterium, etſi locuples ſit ob reddituum quantitatem, reuera eſt egens, cum non habeat, quod ſibi eſt ad rationem viuendi neceſſarium. Addunt his temporibus præcia rerum aucta: ex quo ſimiliter arguendum, ceſſare ſcilicet quaſtionem. Videndus & Leander *Parte 5. in Expoſitione ſue Regule. Cap. 44.* exactiorem quamcumque prohibens.

Circa approbationem Confeſſariorum, an vnica ſatis. De quo *Titulo 12. num. 340.*

121 **D**E hoc egerat Diana *Parte 6. Titulo 7. Reſolut. 59.* Vbi aliquos afferentes adduxerat, Patres ſcilicet Celotium, Baunyum, & Præpoſitum, quorum ſententiæ obſtare declarationem Urbani concluſerat. Pro quo & Leander *Tomo 1. Tract. 5. Diſput. 11. Quaſt. 66.* dicens non eſſe omnino certum in Regularibus.

An cum limitatione approbari Religioſi poſſint. De quo *Titulo eodem num. 354.*

DE hoc etiam Auſtor idem *loco eodem Reſolut. 61* vbi cum Card. Lugo id concedit, P. Celotij ſententiã reiecitã. Licet iniuſtè aliquando procedere Epifcopi ſoleant, contra quorum tamen non eſt eundem voluntatem. Inualidam autem eſſe reuocationem ſine rationabili cauſa cum eodem tenet Cardinali *Reſolut. 62.* vbi & alios adducit. Qui ergo circa ſe iniuſtè agi ſciunt, etiamſi iuſtè ſe agere Epifcopi iudicent, quod poſſint agere nequeunt ignorare, ſcandalis tamen euitatis. Pro quo videri poteſt *Lezana Tom. 1. Cap. 19. num. 8. & 9. & Paſqualigus Decif. 500.* vbi *num. 10. & ſeqq.* probat Religioſum habentem ſufficientiam non poſſe cum limitatione locorum ac perſonarum approbari, etiam ratione ætatis, quod & tenet cum aliis Leander *ſuprà Quaſt. 85.*

De approbatione ad prædicandum. An examen neceſſarium. De quo *ibidem à num. 331.*

122 **N**on poſſe ab Epifcopis examinari Religioſos tenentij, quos adducit Diana *Parte 6. Tract. 8. Reſolut. 20.* dicens praxim eſſe in contrarium, & Declarationem Cardinalium, quam adducit Barboſa circa Seſſionem 5. Concilij Tridentini; ſic autem concluſit: *Vnde ſuppoſito quod ſit vera, non eſt ab ea recedendum.* Parum ergo praxim ſenſit virgere, cum obligationem totam in Declarationis conſtituat veritate. Et quidem praxis generalis non eſt, neque in Indiis viget. Quod autem Declaratio non ſit recepta, & generaliter intimata, Auſtoris eiſdem

adedò diligentis ignorantia manifeſtat. Et nullam requiri licentiam ad prædicandum extra Eccleſias, immò contradicentibus Ordinariis id fieri poſſe tradit variis locis *Lezana Tomo 5. à ſe citatis in Mavi magno Carmelitarum numer. 466.* cum Hieron. Rodriguez. Vt ſanctè admonet P. Suar. *Tomo 4. de Relig. Tract. 1. Lib. 9. Cap. 1. num. 9.* (qui & videndus *num. 16.* pro prædicatione in plateis) Sed vitandæ turbæ, quia non ita certum, vt dixi: & vt eſſet, præſtat cedere, quam rixari.

De Sacramento Extremæ vnctionis, pro Parochis, de quo *Cap. 12. Tituli eiſdem.*

123 **C**ontra ſententiam P. Martinon, de qua *num. 345.* acriter depugnat Diana *Parte 15. Tract. 15. Reſolut. 81.* vt vnctio oleo non benedicto minimè valeat, nec ſit in praxi admittenda. Quod quidem P. Suarius ita cenſet *Tomo 4. in 3. Partem Diſput. 40. Sect. 1. numer. 6.* vbi ait talem ſententiam ſibi ad minimum videri temerariam. Sed cum eam teneat Gloſſa in *Cap. Presbyteros. 95. diſt. Caietanus 3. p. quaſt. 72. in Comment. artic. 3.* rationem generalem adducens, quæ huius etiam Sacramenti materiam comprehendit. Victoria in *Summa de Sacramentis n. 216.* P. Sa *V. Extrema vnctio numer. 6.* & probabilem etiam alij cenſeant, vt teſtatur P. Martinon, non videtur ita acriter improbanda. Cum dici aliàs poſſit oleum ipſo vſu ſanctificari. Dicente enim Sacerdote: *Per iſtam ſanctam vnctionem.* iam oſtenditur ſanctum id, quod pro eadem adhibetur. Et quidem ſimplici Sacerdoti poſſe à Pontifice facultatem concedi benedicendi oleum pro hoc Sacramento, graues Scriptores affirmant apud Dianam *Reſolut. citata.* quod ipſe probabile affirmat, & eſt in vſu apud Græcos, ex tacitã ſaltem Papæ conceſſione, vt ille ait: nec reiciendum ſtatuit Conſtitutione ſua Clemens VIII. quæ eſt *34. Tom. 3. Bullarij Romani.* Iuxta quod dici etiam poteſt in caſu neceſſitatis ex tacita Pontificis conceſſione idem poſſe fieri, cum ſimilia multa in neceſſitate ſint licita, quæ aliàs prohibentur. Et cum vſu ipſo oleum ſanctificari queat, vt diximus, taſique ſit Sacerdotis intentio, inde etiam id poteſt ſufficiens verosiſimiliter reputari, & P. Suarius ad ſuam illam cenſuram, & Florentini Concilij ac Tridentini, poſt antiquiora alia Prouincialia, & Innocentij I. in *Epifſola ad Decentium Cap. 8.* auctoritate fundatur, à quibus oleum per Epifcopum benedictum vt materia Sacramenti huius aſſignatur. Atqui eo non obſtante, ſufficere oleum à ſimplici Sacerdote benedictum, probabile eſt, iuxta dicta: ergo decreta illa non ſunt accipienda vt ſonant, ita vt de neceſſitate Sacramenti ſit Epifcopalis benedictio, ſed dicendum de ordinario Miniſtro procedere, vt ex Nicolao Ylambert habet Diana *Parte etiam 10. Tract. 17. Reſolut. 32.* Ex quo & ſit neque ex illis poſſe conuinci Sacerdotalem ſaltem eſſe neceſſariam, quia id nullibi declaratur. Non ergo id videtur vti penitus improbabile reprobandum. Sed reprobatum tamen in Indice expurgatorio videtur *Anni 1640.* vt teſtatur P. Quintanad Venas *Tomo 1. Tractat. 5. Singulari 2. num. 1.*

Circa Caput II. & num. 13.

Vbi de Vnico Canonico circa lucrum.

FAcit pro Dicti 4. deciſione *Cap. Relatum & 2. de Teſtam. ibi.* Vbi autem in locum defuncti tantum eſt vnus ordinandus, is ea bona (ſicut & alia ipſius Eccleſiæ) in Dei timore diſpenſet. Videri etiam poteſt Paſqualigus *Decif. 253. num. 7.* vbi cum multis firmat ad vnum poſſe totam Collegij redigi poteſtatem.

Circa Caput III. & num. 18.

Vbi de Præbendariis ſubrogatis.

137 **Q**uod æquiparatio idem operetur, textibus & Auctoribus adductis oſtendit S. Rota in vna *Valentina 8. Iunii 1643.* apud Dianam *Parte 7. & hoc in iuridico negotio;* cum ſet aliàs receptum vulgò proloquium quod *omne ſimile claudicat:* pro quo lepidum extat Epigramma Noſtri Antonij Stratij *Lib. 2. Selectorum eiſdem circa initium, cuius illa concluſio:* *In te igitur verum eſt vulgi, Chariftrate, verbum: Quod omne ſimile claudicat.*

Et quando æquiparatio eſt cum ſubſtitutione, ſtat euidentius reſolutio de fruitione eorumdem priuilegiorum, iuxta Textus & Doctores, quos adducit Paſqualigus *Decif. 103. num. 4.*

Circa Caput IV.

Vbi de obligatione erogandi ſuper cum tota Præbenda eſt in diſtributionibus conſtituta.

128 **N**egat id P. Bardi in *Selectis Libr. 3. Quaſt. 19. Diſto 2.* ſed fundamentò ferè nullo, contra quem militat quæ à Nobis ſunt adducta, & à viro docto minimè videntur expenſa. Ergo cum bona ipſius venia *Quod ſcripſi, ſcripſi.* Et ſcripſi quidem ante illum vilium, ſententiamque illam improbabilem dixi, & auctoritatis ac rationis præſidio deſtitutam: pro qua tamen ille adducit P. Azor *Tomo 2. Lib. 7. Cap. 9. Quaſt. 10.* alios referentem, additã ratione quod ſemper diſtributiones tales tribuuntur vt ſtipendium laboris, ſicut quod datur pulſanti organa, campanas, &c. Fructus autem Præbendæ propriè tales, & à diſtributionibus diſtincti, non dantur vt ſtipendium, ſed in titulum, ſeu inuitu Eccleſiæ, & non perſonæ vt operanti.

129 Sed certe cum probabilitas intrinſeca à ſolida ratione proueniat, quod de improbabilitate dixi verum habeo, ſi de intrinſeca loquamur, vt ex adductis redditur manifeſtum. Quoad extrinſecam verò ex Auctorum patrociniò valde videtur exigua, nam P. Bardi, vir equidem doctus, P. Azorij ſe auctoritate tuetur, quæ eſt proſectò non contemnenda. Atqui ille teſtatur ſe cum Sylueſtro loqui, qui ex Abbate & Domineo id tradit verb. *Clericus 4. Quaſt. 4.* (non 44. vt per errorem apud ipſum) ſed quidem Sylueſter ſententiam tantam Geminiani proponit, & pro

num. 1. Victoria ſententia expuncta. Et P. Raynaudus in eruditiffimo Opuſculo de bonis ac malis libris *numer. 537.* vbi de Luſitanica etiam Inquiſitione teſtatur. Non ergo in Hiſpania aliter opinandum: quod tamen P. Martinon, & exteri alij, parum fortatſè, ſed immeritò, curabunt. Licet Leander dudum in Hiſpania ſcribens id vt probabile proponat *Tomo 1. Tract. 4. Diſput. 2. Quaſt. 3.* ex multis quos citat.

124 Circa repetitionem vnctionis, ſi deſuit quidpiam, vt in caſu, de quo in citato Capite, videri poteſt Diana *Tract. 12. cit. Reſol. 31.* vbi miniſtrandum ſub conditione docet, ſi infirmus nullum aliud potuit recipere Sacramentum, ſecus ſi ſuſcepit, quia tunc graue non ſuberit detrimentum. Et in fine cum P. Pellizario concludit, ſi tempus notabile non interceſſit, vnctionem ſupplendam; ſi tale fuit, omnes adhibendas, quia probabilis eſt omnes eſſe de ſubſtantia, & Sacramentum in vltimã perfici. Non eſſe neceſſariam ſenſuum expreſſionem ex aliis proponit *Reſolut. 32.* aliter ſentens.

Circa abſolutionem ab hæreſi an liceat reſpectu Regularium.

125 **C**ontra P. Baunyum facultatem pro illa defendentem, vt à ſuis ſcilicet maioribus Prælatis, & ab aliis ex ipſorum commiſſione poſſint abſolui, inſurgit Diana *Parte 6. Tractat. 7. Reſol. 63.* ob Decretum Urbani VIII. & meritò quidem generaliter loquendo. Apud Indias tamen id, quod pro aliis licet, nequit Religioſis denegari, iuxta dicta *numer. 323. & ſeqq.* Idem firmauerat citatus Auſtor *Parte 2. Tract. 2. Reſolut. 23.* & præſertim contra Crouſers, & Scriptorem citatum *Tract. 6. Reſolut. 54. citatae Partis 6.* ob Conſtitutionem etiam Pauli V. quam & adducens Alberghinus in *Manuali Qualiſicatorum Cap. 38.* idem ſtatuit. Quibus non obſtantibus ſententiam P. Baun, & P. Crouſers defendit vt probabilem Leander *Parte 4. Tract. 2. Diſp. 17. Quaſt. 78.* alios adducens, licet pro Hiſpania aliter cenſeat *Quaſt. 79.* & abſolutè tenet Boſſius *Tomo 2. Tit. 4. num. 48.*

AD TITVLVM XVIII.

Circa Caput I.

Vbi de obligatione aſſiſtendi in Præbendariis.

126 **R**ater Bardi in *Selectis Libr. 3. Quaſt. 5. numer. 10.* ait non obligari ſub mortali, dum non lucrantur, non enim eſt graue Eccleſiæ detrimentum ſi ex triginta vnus deſit. Ergo vbi numerus valde minor, vt in Indiis, ſecus dicendum, in quibus nunquam prædictus extat, etiam in maioribus Eccleſiis. Sed circa hoc Regiã eſt cautione prouiſum iam, diebus tantum quindecim pro acceptione permiſſis.